

XXI.

Concessio Privilegiorum Monialibus Monasterii S. Juliae Brixien. Diocesis Ordinis Cassin. cujus bona omnia confirmantur.

ibid.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectae in Christo filiae Constantiae Abbatisse Monasterii Domini Salvatoris Nostri, & sanctae Juliae Virginis & Martyris, quod Novum dicitur, & in civitate Brixiae fundatum est, ejusque fororibus tam praesentibus, quam futuris, in perpetuum.

Proemium.

EX Apostolicae Sedis auctoritate, in qua, disponente Domino, constituti sumus, omnibus Ecclesiis, & praecipue illis, quae ad jus & dominium beati Petri pertinere noscuntur, debitores existimus, ut eas & a pravorum hominum incurribus defensemus, & sub pio sanctae Romanae Ecclesiae gremio confovere curemus. Ideoque, carissima in Christo filia Constantina Abbatisse, tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita praesentes assensum, beatae Juliae Virginis ac Martyris Monasterium, cujus utique cura tibi, largiente Domino, commissa est, quod videlicet infra civitatem Brixianam a nobilis memoriae Ansa Regina, constat, esse constructum, Apostolicae Sedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaecumque praedia, quascumque possessiones, quaecumque bona ex munificentia praefatae Reginae, seu etiam ex largitione illustri memoriae Imperatorum, qui post eam Regni gubernacula susceperunt, vel ab aliis fidelibus collata, idem Monasterium impresentiarum iuste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi, tuisque fororibus, & his, quae vobis in eadem Religione successerint, & illibata permaneant; In quibus hac propriis nominibus adnotanda subiunxi in us: Sermonem scilicet: cum duabus Ecclesiis, Domini videlicet Nostri Salvatoris, & sancti Viti Martyris: Cervanicam cum Ecclesia sanctae Juliae Martyris: Nubelariam cum Ecclesia sancti Laurentii: Berciagum cum duabus Ecclesiis, sancti Zenonis, & sancti Stephani: Maghonem Vicum cum Ecclesia sancti Alexandri: Timolinam cum Ecclesia sanctae Juliae: Barbadam cum Ecclesia sanctae Mariae: Alfanum cum Ecclesia sanctae Juliae: Monticellum, cum Ecclesia sanctae Mariae: Voum, cum Ecclesiis sancti Petri, & sancti Laurentii: Calvatonem cum Ecclesiis sanctae Mariae, & sanctae Juliae: Scandoloriam cum Ecclesia sancti Michaelis: Ciconiariam cum Ecclesia sanctae Mariae: Gofenagum cum Ecclesia sancti Martini Confessoris: Miliarinam, cum Ecclesia sanctae Juliae, & Sermidam. Praeterea, quascumque alias curtes, villas, castella, Ecclesias, & omnia ad idem Monasterium pertinentia, vobis nihilominus confirmamus. Praesenti quoque decreto sancimus, ut praedictum Monasterium Apostolicae Sedis protectione, & Regiae defensione munitum, sub nullius umquam alterius potestate, vel jurisdictionibus redigatur: adeo ut quisquam Sacerdotum, nisi ab ipsius loci Abbatisse fuerit invitatus, nec Missarum so-

Illudque Apostolicae Sedis subiectum fore declarat;

Monasterii bona enumerat, & confirmat.

lemnia ibi celebrare praesumat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, praenominatum Coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, ipsius loci Abbatisse, vel aliqua illarum, quae tibi in eodem regimine successerint, nulla ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponeatur, nisi quam sorores communi consensu, vel fororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, praeviderit eligendam. Sane ipsius loci Abbatisse licentiam indulgemus, Ecclesias ad honorem Dei construere: Mercatum, & Castellam in terris praefati Monasterii ubicumque voluerit, pro utilitate ejusdem Monasterii construere. Nullus etiam Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu aliqua magna parvaque persona, ullum districtum in aliquibus locis ipsius Monasterii tenere, vel iudicare, aut aliquod placitum absque licentia Abbatisse habere praesumat; aut res ipsius spirituales, saecularesve, quovis modo alienare, vel molestiam ei inferre, aut Fodrum, vel Mansonaticum, seu Ripaticum, aut Paratas, sive aliquas audeant functiones exigere. Decimas praeterea fructuum laborum vestrorum, quos propriis excolitis sumptibus, & districtum servorum & liberorum, ad vestrum Coenobium pertinentium, vobis habenda firmamus. Christma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium sive Basilicarum, ordinationes Abbatisse vel Monachorum, seu Clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint Ordines promovendi, seu quicquid ad sacrum Mysterium pertinet, a quibuscumque malueritis, Catholicis suscipiatis Episcopis, qui nimirum absque pravitate & reprehensione aliqua, ea vobis concedant; quemadmodum a Praedecessoribus nostris, felicis memoriae Paulo, & Calixto, Romanis Pontificibus, vestro Monasterio, pro fragilitate feminei sexus, constat esse concessum. Si qua igitur imposterum ecclesiastica saecularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Et Abbatisse electionem, ad solas Moniales spectare;

Cui construendi ecclesias & castella, in locis Monasterii, facultatem concedit.

Sacra a quolibet Episcopo recipiendi jus largitur.

Solite clausula.

Innocentius PP. & S. R. Eccl. Cardd. subscriptiones.

EGO INNOCENTIUS Catholicae Eccl. Episc. ss. Ego Guillelmus Praenestinus Episcopus ss. Ego Ubertus Presb. Card. tit. S. Clementis ss. Ego Lucas Presbyter Card. tit. sanctorum Johannis & Pauli ss. Ego Romanus Diaconus Card. sanctae Mariae in Porticu ss. Ego Gregorius Diaconus Card. sanctorum Sergii & Bacchi ss. Ego Guido Diaconus Card. sanctorum Cosmae & Damiani ss.

Ego

Ego Guido Diac. Card. S. Mariae in Via lata ss. Ego Oddo Diaconus Card. sancti Georgii ad Velum-aureum ss. Datum Brixiae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Card. & Cancellarii, III. Kalendas Septembris, Indictione XI. Incarnationis Dominicae anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domni Innocentii Papae II. anno IV.

Dat. die 30. Augusti anno Dom. 1133. Pontif. an. IV.

Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier col. 1396.

Exordium ex gratitudine divinis donis rependenda:

Monast. SS. Facundi & Primitivi, a monastica disciplina descriptum.

Salvo censu annuo S. R. E. Abbatis Cluniac. regendum committitur.

Innoc. PP.

XXIII. Monasterium SS. Facundi & Primitivi in Hispania Abbatibus Cluniacensibus regendum committitur: salvo jure S. R. E.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

IGNEM venit Dominus mittere in terram, & vult, ut ardeat. Quia ergo gratuita Dei beneficentia sacrum Cluniacense Collegium suae visitationis gratia illustravit, ignem in eo charitatis accendit, & discretam religionis humilitate perfudit, aequissimi juris est, ut quod gratis accipit, fratribus indigentibus devotè impendat, lapsos relevel, tepidos excitet, & pia religionis radios, & bene Deo placitis conversationis odorem, diversas mundi illustrando provincias, longe lateque transfundat; & sic amor ac gloria divini cultus, quae copiose (Deo gratias) vigent in vite, per vestram administrationem Deo grata & fecunda ubertate multiplicentur in propagine. Monasterium ergo SS. Martyrum Facundi & Primitivi, quod in Hispaniarum partibus situm est, & ad jus beati Petri constat specialiter pertinere, quia a Religionis nitore, & temporalium rerum opulenta, quibus pristinis temporibus effloruerat, unde valde dolemus, peccatis exigentibus, excidit; nos, quorum praecipue interest, in antiquum religionis, & dignitatis statum loca venerabilia revocare, illustri filii nostri Aldefonsi, Hispaniarum Regis, vota clementius admittentes, vestris postulationibus impertimur assensum. Igitur locum ipsum cum suis omnibus pertinentiis tibi, dilecte in Domino fili Petre Abbas, tuisque successoribus (salvo nimirum Beati Petri censu annuo, & Sanctae Romanae Ecclesiae in omnibus debita justitia, & reverentia) ad reformationem religionis, & rerum temporalium incrementum, ex Apostolicae Sedis benignitate committimus. Vestra itaque, carissimi filii, interest, ut ope, & consilio, vestraeque instantia Religio in eodem Monasterio reformetur; & tam in interioribus, quam in exterioribus locus ipse ad statum, & dignitatem pristinam, auxiliante Domino, reducatur.



Bull. Rom. Tom. II.



Ego Guillelmus Praenestinus Episcopus ss. Ego Urbanus Presbyter Cardin. tit. S. Clementis ss. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis ss. Ego Lucas Presbyter Cardin. tit. SS. Johannis & Pauli ss. Ego Guido Diaconus Card. S. Mariae in Via lata ss. Ego Oddo Diaconus Cardin. S. Georgii ad Velum-aureum ss. Datum Bononiae per manum Aymerici Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardin. & Cancellarii, Kal. Decembris Indict. XI. Incarn. Dominicae anno MCXXXIII. Pontificatus Domni Innocentij Papae II. anno IV.

Dat. die 19. Decembr. anno Domini. 1133. Pontif. anno IV.

Ex Breviario quo. 1133.

Exordium, & dignitate Pistoriensis Ecclesiae, ejusque Episcoporum virtutibus, desumitur.

Bona, eidem spectantia, confirmantur.

XXIV.

Confirmatio honorum omnium, ad S. Pistoriensem Ecclesiam pertinentium.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Attoni, Pistoriensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè promovendis, in perpetuum.

Pistoriensis Ecclesia, largiente auctore omnium honorum Domino, in Tusciae partibus a longis retro temporibus licite specialis praerogative munus obtinuit, ut sapientum, & discretorum pastorum regimine praesulgeret, & tam in temporalibus, quam in spiritualibus peccorum industriam gratum Deo susciperet incrementum. Gaudemus equidem, & debita jucunditate letamur, quoniam superne dispositionis providentia, te, venerabilis frater Atto Episcopo, sapientem utique virum, & in religione probatum, ejusdem loci Pastorem constituit, & ad gubernandum & instruendum doctrinae & vitae exemplo populum suum miseratione divina vocavit. Quanto ergo vita tua religiosior est, & praefata Pistoriensis Ecclesia, cui, auctore Deo, praesides, exiit beato Petro devotior, tanto ex inuncto Apostolatus officio magis grate nobis incumbit necessitas, ut praenominatam Ecclesiam, tibi a Deo commissam, auctoritate Apostolica privilegii muniamus, & jus suum illibate & integre conservemus. Ad exemplar ergo praedecessorum nostrorum felicis memoriae Urbani, & Paschalis, Romanorum Pontificum, praesenti decreto statuimus, ut quaecumque impresentiarum eadem Ecclesia iuste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Statuimus etiam, ut diocesis Pistoriensis Episcopatus, sicut ejus termini praedictorum praedecessorum nostrorum privilegii distincti sunt, sic in jure & conditione Pistoriensis Episcopi sine alicujus molestia, vel inquietudine perseveret; per quos nimirum terminos subscrip- ta capella, & Ecclesiae constituta esse noscuntur. Cappella videlicet de Capraja, cap. hospitalis de Rostria, plebs de Massa, cappella de Vincio, cappella de Cucumiano, cappella de Castello-novo, cappella sancti Martini in monte Culli, cap. de Varazzano, cappella de Vernie, super qua praefati

E c a

pre

prædecessoris nostri Urbani, post tertiam, & quartam discussionem est prolata sententia, cappella hospitalis de Fanana, cappella Prati Episcopi, cappella de Rotie, cappella de Cerbaria, cappella Montis Acuti, cappella de Insula, cappella Domini Salvatoris sita in Prato, curtem etiam, quam vocant Pavana in Pistoriensi Comitatu, cum Castello Sambuce, in curtiis confinia constructo, diste Pistoriensi Ecclesie confirmamus, sicut a venerabilis memorie Comitissa Mathilda, B. Petri filia, post diu examinatum attentè a pluribus iudicibus ac jurisperitis actionem, per iudicium Bernardi, tunc Sancte Romanæ Ecclesie Presbyteri Cardinalis, & jam dicti Paschalis Papæ Vicarii, in manus dignæ recordationis Ildeprandi prædecessoris tui, & fratrum eius, restituta esse cognoscant. Porro dominationes de Monte-murlo, de Prato, de S. Paulo, de Colonica, de Monte-magno, de Casale, de Camporecchio, de Creti, & de Spannarecchio, quas de laicorum manibus solertia prædicti prædecessoris tui eripuit, nullus ab ecclesiastico iure dictarum usibus alienare præsumat. Id ipsum de cæteris curtiis prædictis & præcipimus, quæ hodie in Ecclesia Pistoriensi possessione persistunt, videlicet de Lizzano, de Mamiano, de Cavinana, de Batoni, de Saturnana, Brandelio, Grazzule, Pizia, Vinacciano, Tobbiano, Publica, Silva-mortua, Vinule, Petanese, Celle, & de Cætere sita in Episcopatu Bononiensi, quam tenuerunt homines de Valle publica, curte de Spalliero. Insuper confirmamus vobis plebem S. Hippolyti in Alpe, plebem S. Laurentii, plebem in Monte-murlo, plebem de Valliano, plebem S. Quirici, plebem de Spannarecchio, plebem de Saturnana, plebem de Brandelio, plebem de Cavinana, plebem S. Marcelli, plebem de Lizzano, plebem de Popilio, plebem de Pitelio, plebem de Farfaro, plebem de Celle, plebem de Calloria, plebem de Vivianiano, plebem de Massa, plebem de Creti, plebem de Camporecchio, plebem de Limite, plebem de Artimio, plebem de Seiano, plebem de Quarrata, plebem de Montemagno, plebem de Tobbiano, plebem S. Pauli, plebem S. Hippolyti, plebem de Ajolo, plebem S. Iusti, plebem de Colonica: In Prato plebem S. Stephani. Ad hæc admonentes sancimus, ut occasione privilegii, quod Pratenfes a nobis se impetrasse congaudent, nulla iniuria, vel irritatio, aut inobedientia matri sue Pistoriensi Ecclesie, seu cuilibet superscriptarum plebium, videlicet S. Pauli, S. Hippolyti de Ajolo, S. Iusti de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur; nec Pratenfis Ecclesia, vel Clerici ipsius loci, qui eodem scripto continentur, iustitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Ecclesie, seu Episcopi Pistoriensis utantur. Sed quemadmodum prædecessorum nostrorum Urbani, Paschalis, & aliorum, seu etiam bone memorie Petri, & Ildeprandi, Pistoriensium Episcoporum tempore existit potestatis aut dignitatis Pistoriensis Ecclesie vel Episcopi, eis in omnibus obediens, & subiecta permaneat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, sepeditam Pistoriensem Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur tam tuis, quam tuorum fratrum, & pauperum usibus profutura. Si quis ergo in posterum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Judex, aut quelibet

Decretum, ac privilegium Praten. Ecclesie concessum Pistoriensi in presentibus vertere nullo modo possit.

Solite clausula.

ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ restitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo ac tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat: Cunctis autem eidem Ecclesie sua jura præservantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Eccl. Episc. fs.
Ego Guillelmus Prænestinus Episcopus fs.
Ego Mathæus Albanensis Episcopus fs.
Ego Johannes tit. S. Chryzogni Presb. Card. fs.
Ego Gottifredus Card. Presb. S. fs.
Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Petri & Pauli fs.
Ego Martinus Presb. Card. tit. S. Stephani in Cælio monte fs.
Ego Gregorius Diac. Card. tit. SS. Sergii, & Bacchi fs.
Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Via lata fs.
Ego Otto Diac. Card. S. Georgii fs.
Ego Joan. Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tull. fs.
Datum Pisis, per manum Aymerici Sancte Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, & Cameraarii, XII. Januarii. Indictione XII. Incarnationis Dominicæ an. MCXXXIV. * Pont. vero D. Innocentii Papæ II. an. V. *

Innoc. PP. & S. R. Eccl. Card. sub. scripturus.

Pat. die 27 Decemb. ann. 1133. Pontif. an. IV.

* Baronius legit 1133. & quidem optime leg. IV.

XXV.

Jura omnia, ac bona Pisane Ecclesie confirmantur.

Qua concessa sunt hanc Ecclesia privilegia, vide superius in Paschali, Gelasio, & Callisto, Secundis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Uberto Pisano Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè substituentibus, in perpetuum.

Ex Tom. II. Ital. Sac. Ughelli ubi de Pisana Ecclesia.

Exordium ab Ecclesia hujus, & Archiepiscoporum meritis in Rom. Pontif. ces. de iustitiam.

Jura omnia.

Pisane Ecclesie, specialis sancte Romanæ Ecclesie filia, a longis retro temporibus ad servendum beato Petro & Romanis Pontificibus prompta extitit, & devota: quod & ipsum in persona nostra manifestis indicibus comprobavimus, & præ cæteris intercessoribus nostris, ingruente necessitate Ecclesie, devotionem cleri & populi Pisane civitatis certis rerum sensimus argumentis. Accedit ad hoc tua familiaritas & dilectio, venerabilis frater Urbani Archiepiscopi, quem ob specialem prerogativam ad regimen Ecclesie beate Mariæ semper Virginis, cui Deo auctore præfides, de gremio Sedis Apostolicæ, ex magna benignitate concessimus, & propriis, tamquam beati Petri manibus, Archiepiscopalis dignitatis insula decoravimus. Pro quibus omnibus eandem præfate Dei Genitricis domum ampliori gratia & benevolentia dignam fore censuimus, & cum omnibus ad eam pertinentibus, presentis scripti paginam communimus. In pri-

primis siquidem statuentes, ut ecclesia Pisana episcopatus, quæ sibi competunt secundum sanctorum Canonum instituta: honestas quoque personas in Episcopali Sede, ac præfate Dei Genitricis Ecclesia juxta sanctiones Canonum ordinare, & ibidem Canonicos constituere: & quæ, ibidem fuerint corrigenda, canonicè corrigere: seu alias plebes, vel cappellas tuas disponere nihilominus habeas facultatem. Decernimus etiam, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, præfate B. Mariæ Ecclesia in præsens iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus in perpetuum, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis videlicet: Castrum de Cuculla, castrum & curte de Locenthana, castrum & curte de sancta Lucia, castrum & curte de Monte-calvo, tres partes castri & pozii de Ripasticaria, novem partes de quatuordecim partibus castelli & curtiis de Bello-ra & Bocello, quintam partem castri de Segalare, duas partes castri & curtiis de Plumbino, placitum & fodrum de Vada placitum & fodrum de Zafignana, castrum & curtem de Gari, medietatem castri & curtiis de Ceule, medietatem castri & curtiis de Lucignano, placitum & fodrum de Buti, placitum & fodrum de Vico, curtem de Plentina, placitum & fodrum sancti Johannis de Vena, Sanfam novum & vetus, castrum episcopale de Calche, cum curte sua, curtem de Papiana cum suis pertinentiis, tumulum ab Arno usque ad stagnum a terra filiorum Dodonis, & Castagnolo usque ad mare, & a Solatio usque ad mare, tertium in stagno positum, castrum & curte de Livorna, castrum & curte de Urliano positum prope Chefinam, medietatem castri & curtiis Callirite, castrum & curtem de Riojaco, terram Ubertainam. Præterea plebes præfate Dei Genitricis Ecclesie pertinentes, sibi, suisque successoribus nihilominus confirmamus: videlicet plebem de Calcinaria cum cappella sancti Angeli de Travalda, cappellam de Rupida cum cappella de Planhule, & omnibus aliis cappellis eidem plebi pertinentibus, plebem de Buti cum cappella sancti Marci de Submonte, cum omnibus aliis suis cappellis, plebem S. Johannis de Vena cum omnibus sui cappellis, plebem de Cascina cum omnibus suis cappellis, plebem S. Cassiani cum omnibus suis cappellis, plebem S. Julia cum omnibus suis cappellis, plebem de Calcio cum omnibus suis cappellis, plebem de Masciano cum omnibus suis cappellis, plebem de Massazuculi cum capella S. Agathæ, & Clatri, cappellam S. Prosperi de Bozzano, cappellam de Balbano cum omnibus suis aliis cappellis, plebem de Avone cum &c. plebem de Pugnano cum cappella de Lajano cum &c. plebem de Rujulo, plebem de Arena, Ecclesiam S. Nicolai de Patino, plebem de Livorna, plebem de Larzenta cum &c. plebem de Limone cum &c. plebem S. Laurentii de Patha cum &c. plebem S. Angeli cum &c. plebem de Pomaria, & monte Vaso, & omnibus cappellis suis, plebem de Rosignano cum &c. plebem de Vada cum &c. plebem de Ripabella cum Ecclesia S. Perpetuæ, & territorio Ecclesie S. Cassiani de Molazzano, & omnibus aliis cappellis eidem plebi pertinentibus. Ut autem ad complementum securitatis seu corroboratio-

& bona eidem confirmantur.

Quorum hic nominantur aliquæ.

uis horum omnium nihil vobis desit, cunctaque in territoriis prædictarum plebium, seu etiam infra terminos plebium infrapostitarum, videlicet plebis de Trajana, plebis de Miliana, plebis de Tri-pallo plebis de Gello in Colline, plebis de Bibone, plebis de Pararine, que jure proprietatis ad præfate Pisane Ecclesiam pertinent, apostolica vobis auctoritate firmamus: salvo nimirum jure beati Petri, & sancte Romanæ Ecclesie. Nulli igitur omnino hominum fas sit, prædictam Pisane Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre. Si qua igitur &c. Cunctis autem &c. Amen. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesie Episcopus fs.
Ego Theodevinus S. Rufinæ Episcopus fs.
Ego Gerardus Presb. Card. tit. Sancte Crucis in Hierus. fs.
Ego Anselmus Presb. Card. tit. S. Laurentii fs.
Ego Gottifredus Presb. Card. tit. S. fs.
Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Johannis & Pauli fs.
Ego Ivo Diac. Card. S. Mariæ in Aquiro fs.
Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi fs.
Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Adriani fs.
Ego Ubalduus Diac. Card. S. Mariæ in via lata fs.
Ego Chryzognus Diac. Card. sancte Mariæ in Porticu fs.
Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Chryzogni fs.
Datum apud Campilium per manum Aymerici S. Romanæ Ecclesie Diac. Card. III. Nonas Martii. Indict. XV. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus vero D. Innoc. Papæ II. anno IX. (a)

Nonnulla alia bona.

Solite conclusiones.

Innocentii PP.

& S. R. E. Card. subscri. priones.

Dat. die 4. Martii Anno Domini 1133. Pontif. an. IX.

(a) Innocentium PP. post Concilium, Placentiæ habitum, an. no 1132. Pisas se contulisse, ubi alio coacto Concilio anno (si velimus) sequenti, vel saltem 1134. Pisane Civitatem, & Urbem Archiepiscopum honorificentissimis honestis privilegiis, testatur Baronius ad annum 1132. sed aliarum hic Diploma (nisi supposititium omnino sit) suspitione non caret, præsertim si perpendamus notas Chronologica ita per sese implicari, ut vix possit quidquam conijci. Sed sæculo X. & duobus sequentibus Monachos, Ecclesiarumque Præpositos, multum adlaborasse in fingendis suo libito privilegiis, quis ignorat? Neque vero, ut in Præfatione Tom. I. adnotavi, qua huic Collectioni inferni, Diplomata fidei a me majorem velim accipiant, quam antea habuerint. Si cui utilitatem ullam pariat hoc, quod ab Ughellio edidimus, Diploma, ita poterit fingere: Dat. 4. Martii Indict. XII. Incarnationis Dominicæ anno 1134. Pontif. vero D. Innoc. Papæ II. anno IX.

Con-